



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

75. An impedimenta matrimonij per Concilium sublata censeantur etiam
sublate in Proninciis, vbi illud non est publicatum? Ex p. 6. tr. 8. & Misc. 3.
res. 26. p. 374.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](#)

est publicatum Concilium, Quantum vero ad loca, vbi fuit publicatum, in illis habet robur circa omnes eas personas, quae talia loca inhabitant. Clausula enim decreti spectans eius publicationem designat tempus & loca, quando & vbi incipiat habere robur: personarum autem non facit expressam mentionem, & id est intelligitur habere robur circa personas respectu ad tempus & loca, id est, personas comprehensas intra illud tempus, & intra illa loca, vbi ratione publicationis factacepit obligare. Atque personae, de quibus queritur, sunt comprehensae intra tempus & locum, in quo facta fuit publicatio: ponuntur enim habitare in ea Parochia, in qua decretum est publicatum, & servarunt.

Sup. hoc infra in §. vlt. aliam eo animo, vt non confiteatur suo Parochio, sed huius Ref. & Pastori Ecclesiae eius ad quem venit statim postea Ref. 17 & si uersutus, non validè confitetur: & hoc id est, quia placet lege maner subditus illi Parochio, & illi Ecclesie, vnde alias Ref. eius prim. a not. quāvis pro referua in isto- met calu.

3. Confirmatur: qui de vna Diocesi transit ad aliam eo animo, vt non confiteatur suo Parochio, sed in to. 1. tr. 3. Pastori Ecclesiae eius ad quem venit statim postea Ref. 17 & si uersutus, non validè confitetur: & hoc id est, quia maner subditus illi Parochio, & illi Ecclesie, vnde venit, & ad quem redit, & consequenter alius Patrochus caret iurisdictione in ipsum, iuxta Suarez 10. 4. disp. 25. sect. 2. num. 9. Valsquez quest. 93. art. 2. dub. 4. in fine, & communem aliorum sententiam: ergo transitus in fraudem factus non facit aliquem non esse subditum loci, vnde venit, ac per consequens transientes de vna Diocesi in aliam, non desinunt esse subiecti Diocesi, ex qua veniunt, nisi veniant animo habitandi. Huc usque Sylvius.

4. Sed affirmatiua sententiam tenet Coninch de Sacram. disp. 17. dub. 1. n. 14. & Ioannes Viggers de Sacram. ad supplementum 3 part. D. Thom. qual. 50. cap. 5. dub. 14. num. 40. cui addit Sanchez tom. 1. lib. 3. disp. 18. num. 28. Basilium Pontium de mairim. lib. 5. cap. 9. per totam, & alios penes ippos. Et ratio est, quia Peregrini a domicilio absentes non tenentur legibus sui domicilij; si in loco, vbi se recipiunt, viagent leges contrarie, saltem quoad solemnitates adhibendas in contractibus. Deinde quando inhabilitas est constituta absolutè & simpliciter in aliam quam personam, tunc sequitur personam quounque euntum; secus quando est constituta per modum legis: sicut enim lex illa non obligat in aliis locis, ita inhabilitas & annulatio actus non obtinet viam in aliis locis; neque sequuntur personam, nisi dum est in locis, in quibus ea lex vim obligandi habet: neque enim incipit ligare, & irritare immediatè & principaliter ratione personatum, vt notat Henr. lib. 11. cap. 3. num. 8. Sed ob locum Parochia, vbi autoritate Ordinarii legitimè decretum est promulgatum. Vnde Concilium sic concludit: decernit insuper vt huiusmodi decretum in unaquaque Parochia suum robur post 30. dies habere incipiat, &c.

5. Et hanc doctrinam veram esse dicendum est, etiam si aliqui in fraudem legis Concilii Tridentini, & vt contrahant sine Parochio & testibus, eò profisciscantur, vt etiam docet Thomas Sanchez disp. citat. num. 29. Idque constat, tum quia contractus non lædit ex bono, vel mala intentione, ea enim permanet in affectu, nec transit in contractum exteriorem. Hinc enim communis sensu Doctores docent ex prava intentione non oriri restituendi obligationem, si reuera non est illatum damnum. Tum etiam, quia cum quis virut iure suo, non dicitur dolo malo facere, textus in L. nullus videtur 55. de regul. iur. Nullus videtur dolo facere, qui iure suo virut, & leg. 3. §. 15, tamen, ff. de liber. homin. exhib. Dolo malo non videtur agere, qui iure suo virut; & leg. cùm creditor 55 ff. de furt. Cùm creditor rem sibi pignoratam auferret, non videtur contrectare, sed pignori suo incumbere: cum aliis sitatis per glossam in dicta

leg. 3. At iste virut siue suo, neque fructus illiciti proficiunt vbi licet sine testibus & Parochio contrahere: igitur iste non facit dolo malo. Scitque quia statutum est, ne Salmanticae natus obiret: Collgium Salmanticense; & feminam aliquam in fraude co vicino paritura, iure suo vt dicere.

6. Vnde ex his sequitur: Cum in cap. emitt. 1. utriusque sexus de parenti, & remissione, haec fit, vt quis sendit in anno confiteatur proprio Sacerdoti, & vel ex consuetudine, vel ex declaratione Eugenij IV. Peregrinus possit confitei illi Preging, in cuius Parochia habitat, non quidem ex commissione proprii, sed tanquam proprio Sacerdoti, fit, inquam, idem dicendum esse, etiam si qui animo suu solūm confitendi illi Parochio, & eō accedit, & illa quād domicili Parochia recedat: illi enim licet non confitei, dum extra suam Parochiam est. Et berat illa omnia docet Sanchez & Pontius vbi supra se quia bus patet responsio ad argumenta, que in iustitia sua sententia adducit doctus Sylvius. Quid ego sententiam dicam breuiter: fateor huic sententiæ etiam in matrimonio me semper adhaesisse, nam vix in multis obseruat Cast. Palauus 10. 1. disp. 2. p. 1. q. 1. in conf. Etu opinorum illa est tenenda que fuerit voluntaria matrimonij; sed quia nouissime Franciscus Zypres in consult. Canonica, lib. 4. tit. de Spons. & mem. infusc. recensetur ann. 1628. Sacram. Congregationem ipsi sententia respondisse, matrimonium de quo eti. sententia esse nullum, ideo puto suppedita dicta declaratione à prima sententia non esse recessendum.

RESOL. LXXV.

An impedimenta matrimonij per Concilium sublata censeantur etiam sublata in Provincia, vbi illud non est publicatum. Ex part. 6. tract. 8. & Mellel. Ref. 26.

§. 1. A Ffirmatiua sententiam docet nouissimum doctus Franciscus Zypres in suis consultationibus Canonica, lib. 4. iii. de Congregatione priuiali, consult. 1. vbi sic sit. In lege derogatoria alterius legis quid prohibentis, aut irritantis promulgationem non ita solemnitatem, seu in singulari provinciali requiri, sed regulariter sufficiat faciam in Curia, seu Concilio, sicut Valsquez disp. 15. 6. 4. vnde dicendum est quid, vbi Concilium Tridentinum non est publicatum, verbi gratia in Scotia, valida esse matrimonia contracta in 3. art. 4. gradu affinitatis ex copula illicita, vigore legis, in 4. §. 24. de mat. Concil. Tridi, derogatoria iuris iatis impedimentum dirimens eo gradu etiam ex copula illicita statuens: quia huiusmodi lex derogatoria extrema illam solemnitatem non exigit. Liberatio multis modis faciliter contingit quam obligatio, non nobilis sane est libertas omnium, que à natura est. Dum legislator quid iubet fieri, vt populus facere obligetur, merito plura requiruntur quam dum legislator tantum tollit impedimentum, quod ipse actioni posuerat, permittit, quod veterat: eius habent tantum voluntas notificata sufficit; sed dum subditorum actio exigitur, plura requiruntur, vagae obligentur. Sed & res facile dicuntur reuerti ad priuam naturam, & quod labet agendi libertatem, contra quam prius illud ius matrimonij impedimenta induxit, que Trident. sustulit.

2. Neque his videtur obstat, quod Bulla promulgationis Concilii Tridentini indiferenter obliteranda

ANTONI
Opera
Tom. I. & II.
E III.

uanda proponit onerosa, & favorabilia decrira, vt non licet horum communodum sentire, quia illorum onus acceptetur, cap. qui sentent. tit. de reg. in 6. quia tametsi desideret Concilium omnium receptionem, & obseruantiam, tamen vbi non omnium obtinere potest, gaudet fieri saltē possibilium: utile ab iniutili non vitiat: ratiō extra Italiā prouinciā, vbi Concilium Tridentinum quoad omnia decreta sit receptum, minime in Francia, sed neque quoad omnia in Hispania, aut Belgio; nemo tamen recte negauerit, quoad aliquę recipi potuisse, & obseruari, quomodo refertur, & Pium V. declarasse Tridentinum quoad favorabilia à Catholicis Angliae obseruari posse.

3. Iterum neque mouet, actus non operari vltra intentionem agentium: at Pontificis Tridentinum promulgantius intentionem fuisse, vt Concilium locum haberet vbi Catholici sunt Episcopi, qui regimen spirituale exerceant: nam eorum opera receptionem fieri mandat, siff. 25. cap. 2. qui etiam dicerunt difficultates, que se possunt offere, easque ad Pontificem referant. Qui parati sumus, inquit Bulla, omnium prouinciarū necessitatibus ea ratione, quae commodior nobis vila fuerit, prouidere: at illa etiā contingere possunt circa obseruantia favorabilium decretorum; neque priuato arbitrio Catholicorum discernendum defterri debet, que recipi, que reici debent. Dum solet vulgas incertum esse, & studia, in contraria scindit. Vnde præsertim inter haereticos Angliae, etiam scandalum oriri posset. Quia respondentum est primò ex iis legibus priorum prohibentium, & irritantiam derogatoriis nullam actionem defterri vulgo, omnem consiliter in voluntate legislatoris, prohibitionē, obicem, impedimentum tollente; quia redditus ad agendi quidlibet libertatem, quā sibi obtingere quomodo cumque nemo queri potest.

4. Respondebat secundò, tametsi Concilium, & Pontifex desideret receptionem, & obseruantiam Concilij fieri per Episcopos non tamen eas gentes, quae sub haereticis, aut infidelibus genuint, excludiā solatio, & beneficio eiusdem Concilij, quin iis ad maiorem Dei gloriam in moribus, & dilectione, quantum per locorum, & temporum iniuriam licet, vti possint. Hucusque Zyp̄us.

5. Nec deferam hīc adnotare Zyp̄ai sententiam tanquam probabilem ante illum etiam admittere ex Soc. Iesu Ioan. Præpositum in 1.2. D. T. b. q. 95. disp. 1. dub. 7. num. 27. vbi ita assert: Censent aliqui legem, quæ renocat aliam irritatoriam, nō obtinere vim in aliqua prouincia, si in ea non fuerit promulgata. Ratio est quod h. re lex renocans ponat noui ius, quod probabiliter non ligat vbi non promulgatur. v. g. olim lex irritabat matrimonium contractum cum affine in tertio gradu ex copula illicita, quod impedimentū sublatum est per Trid. siff. 24. c. 4. de reformatione matris. seu lex quoad hunc gradum est reuocata. Censent verisimile, vbi lex Tridentini non est promulgata adhuc perdurare hoc impedimentum dirimens, eti matrimonium initum cum tali affini in tertio gradu dissolueretur, & partes alijs coniungerentur, posterius matrimonium esse dissoluendū.

6. Sed contrarium videtur verius quando lex reuocatoria nō inducit aliquod onus, sed solum reuocat ius antiquum, & restituit antiquæ libertati. Vnde licet ea lex dici possit nouum ius, id non refert, quia id lolum verum est, quod à legislatore ita sit fæcitur, non autem quod aliquid imponat de novo populum grauans.

7. Adverte, cum sentio non requiri promulgationem, non propterā sentio sufficere nudam internam voluntatem: is enim modus non sufficit ad di-

rectionem humanam, sed solum existimo non requiri solemnem consuetam promulgationem, sed sufficere solam mentis declarationem, qua velit priori legi derogare.

8. Ad id quod ex Trid. afferatur. Respond. id fieri posse, quod vbi Tridentinum non est receptum, ius antiquum in suo robo permaneat. Censent tamen aliqui non esse dissoluendum quod reductio Concilij Tridentini etiam locum habere potuit, vbi Concilium non est promulgatum, quod non est improbabile. Ita Præpositus; cui etiam addit Malderum in 1.2. D. Thom. q. 90. ar. 4. dub. 2. Verum licet hāc sententia affirmativa non improbabilis mihi videatur, puto tamen eius resolutionem perendam esse à Summo Pontifice, vel à Sacra Congregatione Concilij Tridentini.

RESOL. LXXVI.

An clandestinē contrahens, copula interueniente tenetur saltem ratione iniurie vir fœminam in uxorem ducere? Ex part. 9. tract. 7. & Misc. 2. Ref. 72.

9. 1. Negatiuam sententiā tenet Sanch. de matr. Tom. 1. lib. 1. disp. 20. m. 5. quando animo decipiendi sic contraxit, licet virginem deflorat: quia quoties virgo intellexit, vel potuit & debuit intelligere se decipi, non tenetur deceptor eam ducere: sed in hoc casu fœmina scire debuit se decipi, cum forma contrahendi matrimonium, tradita à Tridentino deficiat; & sit tam vulgaris, ut sit crassissima ignorantia id necesse. Ergo.

2. Sed plus addit, videlicet, non teneri eam ducere, licet vero animo contraxerit illud matrimonium, & eam deflorarit. Probatur, quia non tenetur ratione contractus, qui prositus iritus fuit; nec ratione iniurie illata, quia ipsa scivit, vel scire debuit, matrimonium esse nullum, & pena gravissima dignum. Et confirmatur, quia maiorem intulit iniuriam, quando sicutē contraxit: nam vitra deflorationem, interfuit iniuria dol: ergo si quando sicutē contraxit, non tenetur, vt probauit; à fortiori quando verè: cū in vitroque eventu contratu fuerit nullus, & in priori grauior fuerit iniuria. Confirmatur, quia secundum aliquos, certum est, promitterent confanguineas matrimonium, si Papa dispensaverit, eamque deflorantem non teneri, Papa dispensante, eam ducere, eo quod contractus est iure reprobatus: cū tamen valde dubium sit, cum contractum esse reprobatum: ergo à fortiori in nostro casu non tenebitur, cū constet matrimonium claudestinum iure reprobatum esse, & redditum propterea nullum.

3. Sed his non obstantibus, affirmatiuam sententiam docet Texeda in Theolog. mot. tom. 2. lib. 4. tract. 1. n. 88. putat enim in rati casu virum teneri titulo iustitiae ratione iniurie fœminæ illatæ, damnum illud compensare, vel illam ducendo, vel iterum matrimonium cum illa contrahendo: quia Concilium Tridentinum, statuens non valere matrimonium claudestinum, non abfutili à contrahentibus obligationem, quam alia alio titulo iustitia habeant. Nec valet si dicas fœminam illam fuisse conscientia nullitatis illius matrimonij clandestini, & idē sibi imputare debere damnum ex sua defloratione ortum: quia fœmina illa semper sperauit ab eo, cum quo contraxit, (& ob id se deflorandā obfult) remedium, & sui statutus augmentum; mōd & ratione promissionis implícitè, & contractus ibi reperti tenetur is, qui cum tali fœmina contraxit, vel illam per alium actum legitime.

I i 2 1300